

Me eius patris miseret. qui cum istec sciet facta ita amburet  
 Misero ei corculum carbunculus siquidem istec vera sunt  
**Da** Quid merear quobrem mentiar. heus uos equis halte aperit  
**The** Quid ita pultras ubi nemo intus est alio credo comessatus  
 Abisse. **Da** abeamus nunc iam. **The** puere iam ne abis  
 Libertal penula est tergo tuo. **Da** mihi. nisi herum  
 et metuam et curem nihil est quod tergovm tegam.

THEVE OPIDES. SIMO. senes duo.

**P**eri herde quid opus est uerbis ut audio  
 Non equidem in egyptum hinc modo uetus  
 Fui. sed et in terras solas orasq; ultimas  
 sum circumuectus ita ubi nunc sim nescio  
 verum iam ito nam eorum unde adis filius  
 meus erit. quid ais tu. **Si** a foro incedo domum.  
**The** nunquid processit ad forum hodie novus  
**Si** etiam. **The** quid tandem? **Si** uidi efferi mortuum. **The** hem  
 nouum unum uidi efferi mortuum foras  
 modo uixisse eum aiebant. **The** ut capiti tuo  
**Si** quid tu ut ociosus res nouas requiritas.  
**The** quia hodie adueni peregre promi foras  
**Si** ad cenam ne me tu euocare censeas. **The** haud postulo edepol  
 verum cras si prius euocauerit me apud te cena uero  
**Si** nescit ut quidem edepol postulo. **The** nisi quid magis  
 occupatus opera mihi da maxure tinal triginta  
 accepisti quia iam a philolachete. **Si** nunquam numquam quod sciam  
**The** quid a tramone seruo. **Si** multo id minus  
**The** quia araboni tibi dedit. **Si** quid somnias.  
**The** ego ne. **Si** at quidem tu. **The** qui istoc te speras modo  
 proesse dissimulando infectum hoc reddere.  
**Si** quid autem. **The** quod me absente hic filius  
 negotij gessit. **Si** meum ut ille hic gesserit  
 dum tu hinc abel negotij. quid nam aut quod die.  
**The** mas tibi octoginta argenti debeo. **Si** non mihi quidem herde  
 verum si debes cedo fides seruanda est. ne ire inficias postules  
**The** profecto non negabo debere et dabo tu caue quadraginta  
 accepisse hinc ne neges. **Si** queso edepol huc me aspecta